



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon  
Prussiae**

**Petrus <de Dusburg>**

**Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679**

Cap. CCXII. De Expugnatione Castri Kymenoviae, & conversione mille &  
sexcentorum Sudovvitarum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11850**

Hartmannus C. de Heldrungen VIII. Mag. Gen. Ord. Teuton.

Conradus de Tierberg Junior XII. Mag. Prov. Prussia.

suboriri, ædificare fecit in dicta Neria super littus maris salii castrum firmum, quod dicitur (b) Nova domus, ne Lethoyvini terram Sambiæ intrent à modo improvisè.

### ANIMADVERSIONES.

AD CAP. CCXI.

- (a) Sic Codex Regiomontanus legit, ut & Thoruniensis. Sed manifestus est error librariorum. Neque ex Elbingensi Exemplari hoc correxit Dn. Zamelius, adeò ut appareat hæc exemplaria ex eodem esse fonte ducta.  
 (b) Neuhaus hodiè uno tantum milliari distat ab urbe Regiomontana. Quando autem ex loco à Dusburgio determinato eo fit translatum non constat. Habetur ad Nihusium Theriotrophium amplissimum.

### CAPUT CCXII.

Dc

### *Expugnatione Castri Kymenoviæ, & conversione mille & sexcentorum Sudovitarum.*

Hoc etiam tempore idem fr. Conradus Magister circa officium sibi injunctum solitus multas noctes in somnis deduxit cogitans quomodo inimicos fidei Sudovitas ad viam duceret veritatis. Unde ad hoc perficiendum congregata multitudine copiosâ fratrum & aliorum pugnatorum dum in via esset versus Sudoviam, occurrit ei fr. Ludevicus de Libentele, ducens secum Cantegerdam, qui ipsum captivum detinuerat, & mille & sexcentos homines de Sudovia promiscui sexûs, quos in captivitate positus ad fidem Christi convertit, quibus visis Magister gavilus est, & jussit eos procedere versus terram

Oo;

(a)



Hartmannus C. de Heldrungen VIII. Mag. Gen. Ord. Teuton.  
Conradus de Tierberg Junior XII. Mag. Prov. in Prussia.

(a) Sambiensem; Hoc facto, sequenti die Magister cum Exercitu suo intravit territorium Sudoviae dictum Kimenovv, & castrum ejusdem nominis tam acriter impugnavit quousque Castrenses ipsum sub his pactis, ut scilicet salvis rebus & Personis exirent, tradiderunt; promittentes se fidem Christi accepturos. Unde dato ipsis ductore jussi sunt ut ad partes Sambiae procederent sine mora; Crastinâ vero die depopulato territorio & Kymenoviae imperfecto ductore suo per viam aliam ad terram Lethoviae sunt profecti. Sed fr. Ludevvicus cum sua comitiva processit ad terram Sambiae ubi omnes fonte baptismatis sunt renati.

## ANIMA DVERSIO.

(a) Hæc est illa deportatio populi Sudavici in extrema Sambiae loca, de qua supra egimus in *Animadversionibus ad Partis III. cap. 3.* Sudinia namque olim non in extremis Prussiae Septentrionalis oris, sed versus meridiem sita erat, ita ut à Septentrione attingeret Barthonię & Scaloviam, ab oriente Lithvaniam, ab occidente Galindiam. Probari hoc ipsum facile potest. Si enim primo consideremus verba Ptolemæi has gentes describentis, videbimus Sudinos ab illo non collocari ad mare Venedicum, sed in locis mediterraneis. *Vid. Ptolem. lib. 3. Geogr. cap. 5.* Deinde manifestum etiam hoc est, ex Pactis Brestensibus Alexandri Regis, ubi Limites constituitur inter Samogitiam & Sudaviam, quod fieri non posset, si Sudinia in Sambia ad mare Balticum esset collocanda. *Vid. Jacobus Prilusius in Statuto Polonico lib. 5. cap. 3. pag. 744.* & Privilegia Prussiae Ducalis fol. 8. b. fin. Tertiò denique evidenter hoc ipsum probari potest, ex aliquot pagis, qui hodieque appellationem Provinciarum Sudavicarum memoriam conservant. Sic Mierniken pagus est in Praefectura Marggraboviensi sive Olecenfi, quia olim ibidem Provincia ejusdem nominis in Sudovia sita erat. *Vid. supra cap. 192.* Similiter Kirsovia, de qua cap. hodiè vocatur Krysovva. In Praefectura quoque Lyccensi hodie reperitur lacus,



Hartmannus C. de Meldrungen VIII. Mag. Gen. Ord. Teuton.  
Conradus de Tierberg Junior XII. Mag. Prov. Prussia.

Iacus, qui à Scumando Sudinorum Duce, appellatur Scomand-  
See. Vid. Henneberg. in libro de Veteri Prussia fol. 40. seqq.

## CAP. CCXIII.

*De**Morte Fratris Friderici Holle &**XXX. Virorum.*

**E**odem anno fr. Fridericus dictus Holle germanus fratris Marquardi Revelinghe cum C. Viris equitibus de Castro Brandenburg processit contra Sudoviam, & dum accepto magno spolio in territorio Kirsovia rediret hostes sequentes ipsum cum XXX. Viris interfecerunt: Nec tamen hoc tacendum aestimo, quod idem fr. Fridericus antequam occideretur cuidam Viro strenuo in armis, qui occurrit ei in bello, tantam plagam eum gladio ad scapulam dedit & tam dure verberavit, quod ipse non habens virtutem subsistendi cum equo decidit ad terram, licet tamen ex tali plaga nullum vulnus haberet in corpore, nec & vestigium vulneris appareret. Sicut idem sic plagatus & alii Sudovitæ, qui huic bello interfuerunt, & viderunt postquam ad fidem Christi conversi fuerant publicè sunt confessi.

## CAP. CCXIV.

*De**Conversione cujusdam nobilis & mille  
quingentorum de Sudovia & desolatione  
dictæ terræ.*

**M**ulta & infinita sunt contra Sudovitas bella gesta quæ causâ